



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXXXII. De inani gloria, quæ similiter opponitur magnanimitati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Super Questionibus centesima trigesima secunda. Articulus primus.

QVAESTIO CXXXII.

De inani gloria, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de inani gloria. Et Circa hoc quaeruntur quinque.

- ¶ Primo, Vtrum appetitus glorie sit peccatum.
- ¶ Secundo, Vtrum magnanimitati opponatur.
- ¶ Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.
- ¶ Quarto, Vtru sit vitium capitale.
- ¶ Quinto, De filiabus eius.

ARTICVLVS I.

Vtrum appetitus glorie sit peccatum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod appetitus glorie non sit peccatum. Nullus enim peccat in hoc, quod Deo assimilatur, quin immo mandatur ad Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi: sed in hoc, quod homo quaerit gloriam, videtur Deum imitari, qui ab hominibus gloriam quaerit. vnde dicitur Isai. 43. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terre, & omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum. ergo appetitus glorie non est peccatum.

¶ 2. Præter illud per quod aliquis prouocatur ad bonum, non videtur esse peccatum: sed per appetitum glorie homines prouocatur ad bonum. dicit enim Tullius in libro de Tuscula. questionibus, quod homines ad studia impelluntur gloria. In sacra etiam scriptura promittitur gloria pro bonis operibus, secundum illud ad Roma. 2. His quidem, qui sunt secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem. ergo appetitus glorie non est peccatum.

¶ 3. Præter. Tullius * dicit in sua Rhetorica, quod gloria est frequens de aliquo fama cum laude: & ad idem pertinet quod Ambr. dicit, * quod gloria est quasi clara cum laude notitia: sed appetere laudabilem famam non est peccatum, quin immo videtur esse laudabile, secundum illud Ecclef. 41. Curam habe de bono nomine. & ad Roma. 12. Proudentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. ergo appetitus inanis glorie non est peccatum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 5. de ciuitat. Dei. Sanius videtur, qui amorem laudis, vitium esse cognoscit.

RESPON. Dicendum, quod gloria claritatem quamdam significat: unde gloriari idem est, quod clarificari, vt Aug. * dicit super Ioan. Claritas autem, & decor quamdam habent manifestationem: & ideo nomen glorie proprie importat manifestationem alicuius de hoc quod apud homines decorum videtur, siue illud sit bonum corporale, aliud quod, siue spirituale. Quia verbum illud quod simpliciter clarum est, a multis conspici potest, & a remotis: ideo proprie per nomen glorie designatur, quod bonum alicuius deueniat in multorum notitiam, & approbationem, secundum quod Salustius dicit in Catilinario: Gloriari ad vnum non est. Largius tamen accepto glorie nomine non solum consistit in multitudinis cognitione, sed etiam per eorum, vel vnius, aut sui solius, dum scilicet aliquis proprium bonum considerat, vt dignum laude: quod autem aliquis bonum suum cognoscat, & approbet, non est peccatum. dicitur enim 1 ad Corinth. 2. Nos autem non spirituum huius mundi accipimus, sed spirituum qui ex Deo est, vt sciamus, quae a Deo donata sunt nobis. Similiter etiam non est peccatum, quod aliquis velit bona opera sua ab alijs approbari. dicitur enim Mat. 5. Luceat lux vestra coram hominibus: & ideo appetitus glorie de se non nominat aliquid vitiosum. Sed appetitus inanis, vel tunc glorie vitium importat: nam quodlibet vanum appetere vitiosum est, secundum illud Plat. 2. Vt quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium? Potest autem gloria dici vana tripliciter. Vno modo ex parte rei, de qua quis gloriam quaerit, puta, cum quis quaerit gloriam de eo quod non est, vel de eo quod non est gloria dignum, sicut de eo quod fragile, & caduca. Alio modo, ex parte eius, a quo quis gloriam quaerit, puta, hominis cuius iudicium non est certum. Tertio, ex parte ipsius, qui gloriam appetit, qui videlicet appetitum glorie suae non refert in debitum iudicium, puta, ad honorem Dei, vel propter sui salutem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut August. * dicit super illud Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis. Periculosum est sibi placere, cui caeterum est superbiere. Ille autem qui

Inar. 1. q. 132. duobium ex Martino in 1. q. de inani gloria occurrit, impugnantem quod gloria la giori vocabulo significat etiam notitiam solius ipsiusmet, qui gloriatur, tum quia secundum omnes gloria importat alienam opinionem: tum quia 2. Rhetorice frequenter videtur poni bona opinio pro gloria: tum quia gloria inter externa bona habita est.

¶ Ad hoc dicitur, quod omnia haec facile vnicui verbo excluduntur, dicendo, quod loquuntur de gloria proprie. Largiori autem vocabulo, sicut iustus est quis sibijpsi, ita gloriosius est quis in sua opinione.

¶ In eodem primo articulo circa sufficientiam trium modorum in litera positum de inani gloria, dubium ex Martino ibidem occurrit, dicente dari alios modos, scilicet, cum quis gloriam suam quaerit cum alienae glorie detrimento: & rursum cum quis nimis ardet amore glorie.

¶ Ad hoc dicitur, quod hi duo modi spectant ad tertium modum in litera positum, qui est ex parte ipsius, qui gloriā appetit. Omnes siquidem defectus, & deformitates annexa non ex parte rei, de qua, vel eius a quo gloria quaeritur, siue sint finis, siue modi, siue damni, siue vitii, & huiusmodi, ex parte inordinati affectus illius, qui gloriam appetit, se tenent: quamuis author solam circumstantiam finis, & vitii, vt parte principalem in hoc membro expresserit. Per haec enim insinuat reliqua ex eodem capite procedentia, scilicet ex parte appetentis.

Sicut ad primum membrum, scilicet, ex parte rei, redu-

Mal. q. 9. arti. 1. & 2. cor.

Li. 1. non remane a principio.

Li. 2. de inueniione libro 3. ante fin. lib.

Id habet Aug. in lib. 83. quaest. q. 31. circa fin. tom. 4.

querit gloriam suam non propter se, sed propter nos, non intel-
ligitur vt ly propter, denotat causam finalem: quoniam Deus
gloriam suam, & omnia vult propter se tamquam finem omniu
creatorum, & creabilium: sed intelligitur ly propter, vt denotat
terminum utilitatis. Nos enim iumus ad quorum utilitatem

super omnia est, quantumcumq;
se laudet, non extollit se. Nobis
namque expedit Deum nosse, nō
illi: nec eum quisque cognoscit,
si non se iudicet ipse qui nouit.
Vnde patet, quod Deus suam glo-
riam non querit propter se, sed
propter nos. Et similiter etiam ho-
mo laudabiliter potest ad aliorū
utilitatem gloriam suam appetere,
re, fm illud Matth. 5. Videant ope-
ra vestra bona, & glorificent pat-
rem vestrum qui in caelis est.

Ad 11. Dicendum, qd gloria que
habetur a Deo, non est gloria va-
na, sed vera: & talis gloria bonis
operibus in premium repropit-
tatur, de qua dicitur 2. ad Corin.
10. Qui gloriatur, in Domino glo-
rietur: non enim qui seipsum cō-
mendat, ille probatus est, sed que
Deus commendat. Protocantur
etiam aliqui ad virtutum opera
ex appetitu glorie humane, sicut
ex appetitu aliorum terrenorum
bonorum: non tamen est verē
virtuosus qui propter humanam
gloriam opera virtutis operatur,
vt Aug. pbat in 5. * de ciuit. Dei.

Ad tertium dicendum, quod
ad perfectionem hominis perti-
net, quod ipse cognoscat: sed qd
ipse ab alijs cognoscat, nō per-
tinet ad eius perfectionē, & ideo
non est per se appetendum. Potest
tamen appeti in quantum est vtile
ad aliquid vel ad hoc, quod Deus
ab hominibus glorificetur: vel ad
hoc quod homines proficiant ex
bono, quod in alio cognoscent,
vel ex hoc, quod ipse homo ex
bonis, que in se cognoscit per
testimonium laudis alienæ, stu-
deat in eis perseverare, & ad me-
liora proficere: & secundum hoc
laudabile est, quod curam habeat
aliquis de bono nomine, & quod
prouideat bona coram Deo, &
hominibus: non tamen, quod in

propterea inanis gloria est unum tantum vitium, ad quod reducuntē
spectat quæcumque mala gloriatio: sicut secundum quid tale,
reducitur ad simpliciter tale. & hæc solutio est vera. Ideo auctor
non distinxit de honore, sicut nec de gloria: quia gloria simpli-
citer sumpta, non est distinguibilis in magnam & mediocrem,
quamuis una gloria sit maior altera: sicut etiam inter magnos
honores unus est maior altero honore.

In eodem articulo in responsione ad primum, nota illa verba. Ma-
gnitudini animi repugnat, quod aliquis gloriatur in testimonio
laudis humane, quasi hoc magnam aliquid æstimetur. Ex his
namque ultimis uerbis apparet Martinum non penetrasse litem
hanc, & propterea dixisse, quod secundum S. Tho. querere
gloriam humanam semper videtur vanum: cum auctor hic ex-
plicit tunc esse peccatum; seu vanum, quando humana gloria
queritur, ut aliquid magnum, ut superius probauimus.

lam vniuersalem propositionem, scilicet. Causa, & effectus spe-
ctant ad eandem virtutem, sed tenet consequentia in his specia-
libus terminis. gloria scilicet, & honore, ratione similitudinis vi-
tra connexionem causalem: ita quod ex hoc, quod gloria est ef-
fectus quasi homogeneus honoris (quod potuit declarari in mul-
tis ad propositum) tenet ratio. Ambo
siquidem sunt bona
externa, vtilia, testi-
monia, ac quasi præ-
mia virtutis supra-
ma inter humana,
eadem ratione appe-
tibilia. Ex hoc sicut
de quod honor est
causa talis effectus,
sequitur quod vna-
met virtus habet p
materia vtrumque.

ARTICVLVS II.

Vtrum inanis gloria magnanimitati
opponatur.

AD SECVNDVM sic proceditur.
Videtur, quod inanis gloria
magnanimitati non opponatur.
Pertinet enim ad inanem gloriā,
vt dictum est, * quod aliquis glori-
rietur in his que non sunt, quod
pertinet ad falsitatem, vel in rebus
terrenis & caducis, quod pertinet
ad cupiditatem: vel in testimonio
hominum, quorum iudicium nō
est certum, quod pertinet ad im-
prudenciam, huiusmodi autem
vitia non opponuntur magnani-
mitati, ergo inanis gloria non op-
ponitur magnanimitati.

¶ 2 Præ. Inanis gloria non oppo-
nitur magnanimitati per defectū,
sicut pusillanimitas, que inani glo-
riæ repugnans videtur, similiter
etiam nec per excessum: sic enim
magnanimitati præsumptio, & am-
bitio opponitur, vt dictum est, *
à quibus inanis gloria differt, ergo
inanis gloria non opponitur ma-
gnanimitati.

¶ 3 Præ. Ad Philip. 2. super illud,
Nihil per contentionē, aut inanem
gloriā, dicit glo. * erant aliqui in-
ter eos dissidentes, in quieti, inani-
s gloriæ causa contendentes; con-
tentio aut nō opponitur magna-
nimitati, ergo nec, inanis gloria.

SED CONTRA est, qd Tullius *
dicit in 1. de Officijs, Cauenda est
gloriæ cupiditas. Eripit. n. animi li-
bertatem, pro qua magnanimis
viris omnis debet esse contentio.
ergo opponitur magnanimitati.

RESPON. Dicendum, qd sicut su-
pra dictum est, * gloria est quidā
effectus honoris, & laudis. Ex hoc

propterea inanis gloria est unum tantum vitium, ad quod reducuntē
spectat quæcumque mala gloriatio: sicut secundum quid tale,
reducitur ad simpliciter tale. & hæc solutio est vera. Ideo auctor
non distinxit de honore, sicut nec de gloria: quia gloria simpli-
citer sumpta, non est distinguibilis in magnam & mediocrem,
quamuis una gloria sit maior altera: sicut etiam inter magnos
honores unus est maior altero honore.

In eodem articulo in responsione ad primum, nota illa verba. Ma-
gnitudini animi repugnat, quod aliquis gloriatur in testimonio
laudis humane, quasi hoc magnam aliquid æstimetur. Ex his
namque ultimis uerbis apparet Martinum non penetrasse litem
hanc, & propterea dixisse, quod secundum S. Tho. querere
gloriam humanam semper videtur vanum: cum auctor hic ex-
plicit tunc esse peccatum; seu vanum, quando humana gloria
queritur, ut aliquid magnum, ut superius probauimus.

2. d. 42. q. 2.
artic. 4.

In eodem 2. artic.
dubium occurrit, An
sicut distinguitur ho-
nor in magnum &
mediocrem sic, ut
spectent ad diuersas
virtutes, ita distin-
guenda sit gloria in
magnam, & medio-
crem: ita quod ma-
gna spectet ad ma-
gnanimitatem, &
mediocrem ad aliam
virtutem, ac per hoc
inanis gloria magna
opponatur magna-
nimitati, mediocrem
verò alteri virtuti. Et
si sic est, cur auctor
hoc tacuit?

Ar. pr. act.

2. d. 42. q. 2.
artic. 4.

¶ Ad hoc dicitur pri-
mo, quod sicut de
honore distinctum
est, ita de gloria di-
stinguendum est: ita
quod magna gloria
est materia magna-
nimitatis, parua au-
tem est materia il-
lius virtutis, cuius
materia est paruus
honor. Tacuit autem
hoc auctor, dimittens
hoc pro claro, &
aperto ex hoc, qd
gloria cōsequitur ad
honorem, & propor-
tionabiliter illi re-
spondet.

¶ Dicitur secundo,
quod gloria simpli-
citer dicta non con-
sequitur nisi magnos
honores, reuerencias,
& laudes: quoniam
qui mediocriter ho-
nore, aut laude di-
gni sunt, nō sunt sim-
pliciter clari, sed se-
cundū qui 1. Et pro-
perea inanis gloria est
unum tantum vitium, ad
quod reducuntē spectat
quæcumque mala gloriatio:
sicut secundum quid tale,
reducitur ad simpliciter
tale. & hæc solutio est
vera. Ideo auctor non
distinxit de honore, sicut
nec de gloria: quia gloria
simpliciter sumpta, non
est distinguibilis in ma-
gnam & mediocrem,
quamuis una gloria sit
maior altera: sicut etiam
inter magnos honores
unus est maior altero
honore.

¶ In eodem articulo in
responsione ad primum,
nota illa verba. Magni-
tudini animi repugnat,
quod aliquis gloriatur
in testimonio laudis hu-
mane, quasi hoc magna-
m aliquid æstimetur. Ex
his namque ultimis uer-
bis apparet Martinum
non penetrasse litem
hanc, & propterea dixisse,
quod secundum S. Tho.
querere gloriam huma-
nam semper videtur
vanum: cum auctor hic
explicit tunc esse pecca-
tum; seu vanum, quando
humana gloria queritur,
ut aliquid magnum, ut
superius probauimus.

Est glo. Am-
bro. in hunc
locum to. 5.

Lib. 1. in e.
Magnanimitati.
in duobus
possi-
me sita est.

q. 103. ar. 1.
ad 3.

¶ In

Super Questionis 132. Articulum secundum.

In art. eiusdem 132. quæst. dubium occurrit ex Martino, ubi
supra quæstio. 3. impugnat ante literam huius rationem, quod non
concludat: quia ista consequentia nihil ualeat, Hæc se habent
sicut causa, & effectus. igitur ad eandem virtutem pertinent:
quod tamen præsupponit ratio illa. Fortitudo enim bellica est
causa honoris, & tamen ad diuersas virtutes, spectant fortitudi-
nis actus, & honor.

¶ Ad hoc dicitur, quod consequentia literæ non præsupponit il-

In eodem secundo articulo in responsio- ne ad secundum, du- bium ex Martino ubi supra occurrit, impu- gnante hanc respon- sionem, pro quanto dicit, quod cupidus gloriæ, secundum rei veritatem deficit a magnanimo: quia cupi- dus gloriæ ex dignis cupit maiorem glori- am quam dignus sit, & ex non dignis cupit gloriam: ma- gnanimus autem ex dignis proportiona- tam, ex non dignis nullam. ergo secun- dum veritatem oppo- nitur magnanimo per excessum.

Ad hoc dicitur, quod in magnanimi operibus duo conside- rantur. Primum est id, unde est dig- nus: secundum, id quo est dignus. Et quo ad primum, cupidus deficit a ma- gnanimo, quoniam id, unde magnanimus gloriam honorem- que habet, est vere magnum, nec est mi- nus quam reputetur. Id vero unde cupi- dus gloriam querit, aut non est vere ma- gnum, quale est om- ne humanum bonū externum aut est mi- nus magnum quam æstimetur, ut cum appetit maiorem gloriam, quam sua virtus mereatur. Et sic secundum verita- tem rei qua dignus æstimatur gloria, de- ficit a magnanimo cupidus, ut in litera dicitur.

In solutio ad præced. arg.

Super Quaestione centesimo vigesimo secunda, Articulum tertium.

In articulo tertio eiusdem que- stionis collige- quatuor modos, qui- bus inanis gloria est peccatum mortale, scilicet tres se tenen- tes ex parte materiae, quorum primus est de bono, falso tamē, & contra diuinam re- uerentiam vel usur- pando diuinitatem, vel non recognoscē- do dependentiam. Secundus, de bono temporalis amato præ Deo. Tertius, de testimonio humano præiurato testimonio diuino. Et vnum ex

enim quod aliquis laudatur, vel quæcumque reuerentia ei exhibetur, redditur clarus in notitia aliorum. Et quia magnanimitas est circa honorem, ut supra * di- ctum est, consequens est etiam, ut sit circa gloriam, ut scilicet, si- cut aliquis moderatè vitur honore, ita etiam moderatè vtatur gloria: & ideo inordinatus appeti- tus gloriæ directè magnanimitati opponitur.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod hoc ipsum magnitudini ani- mi repugnat, quod aliquis res modicas tantū appetitur, quod de eis gloriatur. Vnde in 4. * Ethicor., dicitur de magnanimo, quod sibi sit honor paruus. Similiter etiam & alia, quæ propter hono- rem quærentur, puta, potētatus, & diuitiæ, partia reputatur ab eo. Similiter etiam magnitudini ani- mi repugnat, quod aliquis de his, quæ non sunt, gloriatur. Vnde de magnanimo dicitur 4. * Ethicor. quod magis curat veritatē, quam opinionem. Similiter etiam ma- gnitudini animi repugnat, quod aliquis gloriatur in testimonio laudis humanæ, quasi hoc magnū aliquid æstimetur. Vnde de ma- gnanimo dicitur in 4. † Ethicor. quod non est ei cura, ut laudetur: & sic ea quæ alijs virtutibus op- ponuntur, nihil prohibet opponi magnanimitati, secundum quod habent pro magnis: quæ parua sunt.

AD II. Dicendum, quod in- anis gloriæ cupidus, secundum rei veritatem deficit a magnanimo, quia videlicet gloriatur in his, q̄ magnanimus parua æstimat, ut di- ctum est: * sed considerando æ- stimationem eius, opponitur ma- gnanimo per excessum, quia vide- licet gloriatur quam appetit, repu- tat aliquid magnum, & ad eam tē dit supra suam dignitatem.

AD III. Dicendum, quod sic su- pra dictum est, * oppositio vitio- rum non attenditur secundum af- fectum: & tamen hoc ipsum ma- gnitudini animi opponitur, quod aliquis contentiorem intendat. Nullum enim contendit nisi pro re, quam æstimat magnam. Vnde Philosoph. dicit in 4. * Ethicor. quod magnanimus non est con- tentiosus, quia nihil æstimat ma- gnum.

ARTICVLVS III.
Vtrum inanis gloria sit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic procedi- tur. Videtur quod inanis

gloria sit peccatum mortale. Nihil enim excludit mercedem æternam, nisi peccatum mortale: sed inanis gloria excludit mercedem æternam. dicitur enim Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in coelis est. ergo inanis gloria est peccatum mor- tale.

¶ 2 Præ. Quicumque furripitibi, quod est Dei proprium, mortali- ter peccat: sed per appetitum in- anis gloriæ aliquis sibi attribuit quod est proprium Dei. Dicitur enim Isaiæ 42. Gloriam meam alteri non dabo. & 1. ad Timothei 1. Soli Deo honor, & gloria. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 3 Præ. Illud peccatum quod est maxime periculosum, & nocuum, videtur esse mortale: sed peccatum inanis gloriæ est huiusmodi, quia super illud. ad Thesalonicenses secundo, Deo qui probat corda nostra. dicitur glof. * Augustini. Quis vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei be- lum indixerit: quia est cuiquam facile est laudem non cupere, dum negatur, difficile tamen est ea non delectari cum offeratur. Chrysolomus etiam dicit. Mat. sexto, quod inanis gloria occul- tet ingreditur, & omnia quæ inus sunt, insensibiliter auferit. ergo inanis gloria est peccatum mor- tale.

SED CONTRA est, quod Christus super Matthe. * quod cum vincantur in seruis diaboli, inanis gloria habet in seruis Christi: in quibus peccatum mortale. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod hoc est, * ex hoc aliquid peccatum est mortale, si contrariatur. Peccatum inanis gloriæ secundum se consideratum non contrariatur charitati, quantum ad dilectionem: quantum autem ad dilectionem, dupliciter. Vno modo, si gloriatur de qua quis gloriatur, puta, cum de aliquo falso, quod contrariatur veritati, secundum illud Ezechiel. 28. Quid habes, quod non accepisti? cepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? cum quis bonum temporalis de- fert Deo, quod prohibetur. Etiam gloriatur, scire, & nosse me. Auferit testimonium hominum

q. 127. art. 1. ad 2.

6 7

II. 4. c. 2. ante medium. tom. 5.

lib. 4. cap. 3. aliquantulum ante finem. tom. 5.

lib. 4. cap. 3. aliquantulum ante finem. tom. 5.

In solutio ad præced. arg.

q. 127. art. 1. ad 2.

lib. 4. cap. 3. no multum ante finem. tom. 5.

Mal. q. 9. art. 2.

contra quosdam dicitur Io. 12. Qui dilexerit magis gloriam hominum, quam Dei. Alio modo, ex parte ipsius gloriantis, qui intentionem suam refert ad gloriam tanquam ad vitium finem, ad quem scilicet ordinat etiam virtutis opera, & pro quo consequendo non praeremittit facere etiam ea quae sunt contra Deum: & sic est peccatum mortale. Vnde Aug. dicit in 5. de ciuit. Dei, quod hoc vitium, scilicet amor humanae laudis, tam inimicum est pie fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriae, quam Dei timor, vel amor, vt diceret Dominus Ioan. 5. Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quae a solo Deo est, non quarentes? Si autem amor humanae gloriae, quamuis sit inanis, non tamen repugnet charitati neque quantum ad id de quo est gloria, neque quantum ad intentionem gloriam quarentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nullus peccando meretur vitam aeternam: Vnde opus virtuosum amittit vim merendi vitam aeternam, si propter inanem gloriam fiat, etiam si illa inanis gloria non sit peccatum mortale. Sed quando aliquis simpliciter amittit aeternam mercedem propter inanem gloriam, & non solum quantum ad vnum actum, tunc inanis gloria est peccatum mortale.

AD SECVNDVM dicendum, quod non omnis qui est inanis gloriae cupidus, appetit sibi illam excellentiam, quae competit soli Deo. Alia enim est gloria quae debetur soli Deo, & alia quae debetur homini virtuoso, vel diuiti.

AD TERTIVM dicendum, quod inanis gloria dicitur esse periculosum peccatum non tantum propter grauitatem sui, sed etiam propter hoc, quod est dispositio ad graua peccata, in quantum scilicet per inanem gloriam redditur homo praesumptuosus, & nimis de seipso confidens. Et sic etiam paulatim disponit ad hoc, quod homo priuetur interioribus bonis.

Super Quaestione 132. Articulum quartum.

ARTICVLVS III.

¶ *Utrum inanis gloria sit vitium capitale.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inanis gloria non sit vitium capitale. Vitium enim quod semper ex altero oritur, non videtur esse capitale: sed inanis gloria semper ex superbia nascitur. ergo inanis gloria non est vitium capitale.

¶ 2. Praet. Honor videtur esse aliqd principalius, quam gloria, quae est eius effectus: sed ambitio, quae est inordinatus appetitus honoris, non est vitium capitale, ergo etiam neque appetitus inanis gloriae.

¶ 3. Praet. Vitium capitale habet aliquam principalitatem: sed inanis gloria non videtur habere aliquam principalitatem neque quantum ad rationem peccati, quia non semper est peccatum mortale: neque etiam quantum ad rationem boni appetibilis, quia gloria humana videtur esse quiddam fra gile, & extra hominem existens. ergo inanis gloria non est vitium capitale.

SED CONTRA est, quod Greg.

31. *Moral. numerat inanem gloriam inter septem vitia capitalia.

RESPON. Dicendum, quod de vitij capitalibus dupliciter aliqui loquuntur. Quidam enim ponunt superbiam vnum de vitij capitalibus. Et hi non ponunt inanem gloriam inter vitia capitalia. Gregor. autem in 31. *Moral. superbiam ponit reginam omnium vitiorum: & inanem gloriam, quae immediatè ab ipsa oritur, ponit vitium capitale. & hoc rationabiliter. Superbia enim, vt infra dicitur, * importat inordinatum appetitum excellentiae. Ex omni autem bono quod quis appetit, quandam perfectionem & excellentiam consequitur. & ideo fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiae. & propter hoc videtur quod habeat quandam generalem causalitatem super alia vitia, & non debeat computari inter specialia vitiorum principia, quae sunt vitia capitalia. Inter bona autem, per quae excellentiam homo consequitur, praecipue ad hoc operari videtur gloria, in quantum importat manifestationem bonitatis alii cuius. Nam bonum naturaliter amatur, & honoratur ab omnibus: & ideo sicut per gloriam, quae est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus diuinis: ita etiam per gloriam hominum consequitur homo excellentiam in rebus humanis. Et ideo propter propinquitatem ad excellentiam, quam homines maximè desiderant, consequens est, quod sit multum appetibilis: & quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur, ideo inanis gloria est vitium capitale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid vitium oriri ex superbia non repugnat ei, quod est esse vitium capitale, eo quod, sicut supra dictum est, * superbia est regina, & mater omnium vitiorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod laus, & honor comparantur ad gloriam, vt supra * dictum est, sicut causa ex quibus sequitur gloria. Vnde gloria comparatur ad ea sicut finis. Propter hoc n. aliquis amat honorari, & laudari, in quantum per hoc aliquis aestimat se in aliorum notitia fore praclarum.

AD TERTIVM dicendum, quod inanis gloria habet principalem rationem appetibilis ratione iam dicta: * & hoc sufficit ad rationem vitij capitalis. Non autem requiritur, quod vitium capitale semper sit peccatum mortale: quia etiam ex ve-

no quod quis appetit quandam perfectionem & excellentiam consequitur &c. quia aut hoc esse secundum veritatem, aut secundum opinionem appetentis. Non primo modo, quia per omnem inordinatum appetitum delectabilis, aut vilis, si quis secundum veritatem imperfectior: nec secundo modo, quia libidinofus, & auarus opinatur se imperfectior. Et inde est quod refugit hoc facere coram hominibus, putans se despici, si haec sciantur.

¶ Tertium est circa illam propositionem, Fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiae: quoniam finis pullanimitatis, timoris, luxuriae, accitiae, & huiusmodi, non ordinantur in finem superbiae, scilicet, excellentiae appetitum. Et ex his omnibus infert, quod auctor non sufficientem rationem reddit, quare superbia regina vitiorum ponitur.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod superbus appetit excellere secundum rem, & quod hoc est peccatum: quia excellentiae appetita non est proportionata appetenti, vel simpliciter, vel quod ad modum habendi.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod aliud est loqui de bono quod appetitur, puta, delectabili, vel utili: aliud de modo appetendi, seu habendi bonum illud, puta inordinate, seu iniuste. Ex omni sequitur bono tam delectabili quam utili, quod homo appetit, consequitur homo perfectionem aliquam, ac per hoc excellentiam respectu non habentium illam. Atque siquid pecunia perficitur quod ad potentiam: quia potest per illam, quod sine illa non poterat. Libidinofus perficitur in satietate appetitus, quae nonnulla felicitatis pars est, quamuis ex modis habendi, deterior non perfectior fiat. In li-

Lib. 31. c. 70.

Lib. 31. c. 31

Q. 162. artic. 1. & 2.

1. 2. q. 34. art. 2. & 4. ad 4.

Art. 2. huius quest. & q. 103. artic. 1. ad 5.

In corp. art.

quis

quis perficitur. & non ex omni modo habendi bonum. Et ex turpitudine modi provenit, quod resurgunt homines ista coram alijs committere. Est ergo vera litera propositio proportionaliter, & ex bono consecuto secundum rem, perficitur secundum rem: consecuto autem secundum apparentiam, perficitur secundum a pparentiam, seu opinionem.

Ad tertiu dicitur, quod cum omnia vitia machinentur, vel ad bonum consequendum, vel tuendum, vel ad malum vitandum vere, vel apparenter, & vtrumque horum ad excellentiam ordinabile sit, consequens est, vt nullum excipiat vitium a sine superbia. Puffillanimes namque, & timidi retrahit se a bono, vel cauent a malo, vt consentent quod habent, vt patet de seruo, qui abscondit talentum, & sic de alijs: & ex his patet, quod bene deductum est in litera, superbiam esse reginam viciorum.

In eodem art. 4. nota, qd qd finis, & medium ad finem aliter se habent secundum ordinem intentionis, & aliter secundum ordinem executionis: prius enim est in intentione sanitas, quam medicina: in executione autem prius adhibetur medicina, quam acquiritur sanitas: ideo cum superbia, & inanis gloria se habeat, vt finis, & medium, prior est in intentione excellentia, que est finis superbia, & consequenter apparentia, que est finis inanis gloria: sed secundum ordinem executionis primo querimus apparere, vt manifesti iam & clari, excellentia consequamur. Querunt siquidem superbi manifestare se tamquam virtute, aut potestate, aut industria preditos, vt manifesti amentur, & honorentur. Bonu enim vt in litera dicitur, naturaliter amatur, & honoratur cum manifestum est. Amati autem, & honorati clari habentur. Qui autem gloriosi habentur, propinqui satis sunt, vt exaltentur ad dignitates, & excellentias: & sic gloria est medium ad excellentiam acquirendam, vt in litera ex hac ratione probatur. Et sic oritur inanis gloria ex superbia, sicut medium ex fine. Oritur nihilominus gloria ex excellentia, tamquam quasi passio ex subiecto, dum excellere minus estimamus, nisi effluat in aliorum notitiam, iuxta illud. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Ambae autem dictae propinquitates, connexiones, & dependentiae, se tenent ex parte rerum secundum se: & propterea secundum se loquendo inanis gloria ex superbia est. Quod autem autumat nouiter Martinus contra communem doctrinam, inanem gloriam esse vitium capitale respectu superbiae, non est veru in se, sed quod ad nos quandoque: & ideo est simpliciter falsum. Et tanto minus suscipiendum, quanto simul cum hoc negat inanem gloriam esse capitale vitium respectu luxuria: quoniam ex parte nostri, sicut possumus excellentiam ordinare in vanam gloriam, ut finem, ita possumus ordinare luxuria actus in vanam gloriam, vt finem, cum multi de his gloriantur, & multi ideo luxuriunt, ut estimentur magni.

Vnde ad argumenta Martini in q. 5. dicendum breuiter.

Ad primum quidem, quod multi excellere ordinant in gloria, iam patet, quod hoc ex parte nostri est.

Ad secundum vero de Lucifero, quod quia gloriosus appetit aequalitatem diuinam, dicitur quod si, quia, dicit finem, falsum assumitur. Non enim propter inanem gloriam appetit aequalitatem. Si autem ly, quia, denotat dispositionem ex parte appetentis, verum aliquoties est, sed non ad propositum. Ex eo namque quod Lucifer erat in seipso magnus ac gloriolae natura: propinquus fuit, ut appeteret aliquid superius, sed non propter gloria, sed propter excellere.

Ad autoritatem vero Cassiani, collatione quinta dicitur, qd ex parte nostri saluari potest.

¶ Super Quaestione 132. Articulum quintum.

In artic. 5. eiusdem quaestione 132. multa Martini in quaestione sexta, ibidem dicta occurrunt contra hunc articulum. Primum est, Quod iactantia sic taneum uerbis, ut uult Tho.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter dicantur filia inanis gloriae esse inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, & nouitatum praesumptio.

AD QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter dicantur filiae inanis gloriae esse inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum praesumptio. Iactantia enim secundum Gregor. 23. Moral. * ponitur inter species superbiae: superbia autem non oritur ex inani gloria, sed potius econuerso, vt Gregorius di-

¶ Secundum est. Non place quod... pertinet ad intellectum: cum ipse... feuerantia, & uicio mollitiae, que... & non intellectus.
¶ Tertium est, Non puro uerū quod...
cit 31. Moral. † ergo iactantia non debet poni filia inanis gloriae.
¶ 2 Praterea. Contentiones, & discordiae uidentur ex ira maxime provenire: sed ira est capitale vitium inani gloriae conditum, ergo uidentur, quod non sint filiae inanis gloriae.
¶ 2 Praterea. Chryost. dicit super Matth. * quod ubique uana gloria malum est: sed maxime in philanthropia, id est, in misericordia, que tamen non est aliquid nouum, sed in consuetudine hominum existit. ergo praesumptio nouitatum non debet specialiter poni filia inanis gloriae.
SED CONTRA est autoritas Gregor. in 31. Moral. † ubi praedictas filias inanis gloriae assignat.
RESPON. Dicendum, quod...

per gloriam, ut cum quis se iactat propter se non primo, nec secundo modo sumitur tantum modo: quia tunc solum habetur ista res, ut non filia inanis gloriae dicitur, ut filij inanis gloriae, quia ita habentur non. Probat, quia actus, & habitus per se non habet finem, & quamlibet circumstantiam significatiuam, vel maliciuam pro obiecto finis, in illis nec est finis, nec circumstantia.
¶ Ad primum horum de iactantia dicitur, quod illud auctori: quoniam licet dicitur, quod naturaliter dicitur, quod fit tantum uerbum: immo propositum superius bis in artic. 2. quod contra iactantiam contra praesumptionem & iactantiam & fatis, quia iactantia principaliter pertinet ad intellectum, quod dicitur de pertinacia dicitur, quod intellectum materialiter ratione, & non spiritus, licet sic in appetitu formaliter, & non pertinet. Et propterea non est aliorum ad quod pertinet ad intellectum.
¶ Ad tertium, quod commissio inanis gloriae inanis gloriae sit admitta, praecipue in dicitur, scilicet indirecte. Quoniam enim principaliter, & directe, contendit propter men ista, quod ideo clamat contentio, & sic indirecte contentio est filia inanis gloriae.
¶ Ad quartum dicitur, quod dicitur inanis gloriae quo ad finem directe principaliter est extendendo sermonem ad finem inanis gloriae, ut in litera dicitur, non tamen paliter ordinantur ad gloriam, sed aliter indirecte: ideo non sunt ita uera filiae filiae inanis gloriae, quando directe ordinantur inanis gloriae, quoniam si sic intellectus inanis gloriae esset non solum ista septem sunt ordinari principaliter ad inanem gloriam, & sic esset confusio filiarum, & non ordinari ad quodlibet. Vnde uicium non operantis intentione ad gloriam, & non secundum seipsum, sunt filiae inanis gloriae: nata sunt communiter ordinari ad manifestationem propriae excellentiae, & ad alud uerum, siue non. Et propterea inanis gloriae, & non alia uicium. Inanis gloriae ordinantur ad manifestationem excellentiae, quod ex malo habent sola iactantia & nouitas non effugit filiationem inanis gloriae, quod dicitur se ad illam ordinatur. Inobedientia...

Supra q. 11. artic. 4. & q. 105. art. 1. ad 2. Et infr. q. 138. art. 2. ad 1. Et 2. dist. 42. q. 1. arti. 3. cor. Et illud. Et ma. q. 8. artic. 1. cor. & q. 9. artic. 3. & q. 23. art. 3. cor. lib. 2. c. 7.